



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

Andreas Paleosphyra Gundelfingius Bono Lectori Salutem dicit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

Gaudens cæde ferus cunctello sæuit Hiberus,
 Anglia blanditur, Ligures amor vrit habendi,
 Teutonicusq; suum retinet de more tropheum,
 Flandria mendicat, sed Scotia sub Ioue stuprat,

Boemus ad Librum

Inunc Calcographum tibi Libelle
 Emunctissime compara benignum
 Et tersum & sapientem & eruditum,
 Qui transscribere te velit polito,
 Ut cum laude queas in ire lucem,
 Cunctis egregijs viris placere,
 Inunc culte liber deus secundam
 Et dulcem tribuat viam superius,
 Ut sis sæpè memor tui Boemi

Æditio Fausta.

Bartholomeus Stella Constantiensis

Non luxum sequeris: non oia perdita clari,
 Sed bona quottidie multa Boeme legis.
 Aurea testantur tua collectanea, genti
 Mores quæ proprios vnicuiq; docent.

Andreas Paleosphyra Gundelsingius
 Bono Lectori Salutem dicit

A Marone licet Ithacus vlysses scelerum Inuentor, ab Homero Polytropos, ab alijs technatum architectos & versutia omnis conciliabulum appellatur Attamen Sapientissimus, peritissimus, atq; patientissimus heroum omnium & predicatur & habetur, q; peregre profectus externorum hominum mores multorum cognouit & vrbes ab aduersante nimium sibi fortuna per Scillam atq; Carybdim actus Syrtium Cyclopi Syrenum & Circes molestias tulit. Quis ergo non videat Quis non intelligat q; decorum, q; vtile sit ad tanti principis vestigia q; remotissime peregrinari alienas terras inuisere vnde peculiaria gentium aliarum studia, mores, exercicia, linguæ, leges, dogmata sacra & profana omnia, elus vestitus, ædificandi ratio, locorum situs cultusq; & deniq; rerum naturæ omnium ediscantur. Quoniam vero propter impedimenta pleracq; ætate maxime nostra omnibus hoc non concedatur vt non minus illa hæc in patrio sinu quiescendo cognoscerentur elaborauit Boemus hic meus Literarum humanarum scientissimus ex innumeris classicis scriptoribus conscriptum presens opus. In quo tres terræ partes, partium regiones, & loca, locorum homines

De oim gentiū ritibus.

hominum mores & ritus memorabiliores explicant omnes, tanta diligentiā, tanta arte, quanta a nemine ante eum vnq̄ prius pertractati dinoscuntur, ex racematione diligenti vindemiam, ex spicilegio messem fecit, succosum non minus q̄ lucundum, nec lucundum minus, q̄ vtilem atq̄ pernecessariū librum, adeo, vt nisi quæ in ipso de homine prædicantur, ille, qui humanitati studet, cognouerit, magis instituto aberret suo q̄ materiatus, quem in aeternitate in qua laborat natura siue cōditio fugerit. Quare humanarum rerum humane Lector eas hominum res intuerē, lege, atq̄ vbi quanta in eis vtilitas, quanta humane vite institutio sit, experientis, gratias Boemo nostro & imprefori age immortales, coleq̄, ipse autem ama. Ex Gundeltinga Sueuiæ. 8. Idus aprilis Anno a salutifero virginis partu. M. D. XX.

Augustæ Vindelicorum excusa in officina
Sigismundi Grim̄ medici, ac Marci
Vuirfung. Anno virginis partus
M. D. XX. mense Iulio.